



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Asparagvs. Ex asperitates suavitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Aspa, & mundabor, habetur. Eucherius eam pro humilitatis patientiaq; hieroglyphico ponit, propterea quod humilis admodum herba est, & lapidi, qui nascendo adhæret, aditus: cujus radices laxam etiam dicuntur penetrare. Ipsa vero præcipue pulmones curat. In pulmone sedem habere dicitur superbia, in quo scilicet tumor, & anhelitus. Cicero de natura Deorum: In pulmonibus inest varietas ad hauriendum spiritum aptissima. Quod vero Spiritus pro superbia vel animi elatione ponatur, idem oratione pro P. Sylla: Res gesta credo mea me nimis extulerunt, & mihi nescio quos spiritus attulerunt. Ibi autem apertius: Nunc Capua Campano præsidio ac regio spiritu cum viderem, Blosios alibi mihi videbar videre, ac subellos.

Matthiol. in Dioscor. lib. 3. c. 26.

DE ASPARAGO.

EX ASPERITATE SUAVITAS. CAP. XXXIII.

Mste aliquid & lenis, quod ex aspera duraq; re proveniret, significare qui vellent, hieroglyphice. Asparagi faciebant, surculum quippe jam maturum & feminibus instructum. Nam 2. cap. 12. spina est, quæ semen illud fert, quo lato molles inde asparagi succidantur. In Bœotia sane qui noniam nuptiam comebant ornabantque, eam spino alparagi frutice coronabant, quoniam (ut apud Plutarchum est) de Conjugalī vita, sicut suavissimam ille fructum de asperissima spina producit. Sic uxor viro primam illius asperitatem ac duritiam minus aspernant, dulcem postmodum & suavitatem convictum præbet. Qui vero, ut idem Plutarchus ait, primas virginum rixas ferre nequeunt, similes profecto sunt iis, qui primam avararum acerbitate offensi, eas etiam cum maturerint, abhorrent.

Dioscor. 2. cap. 12. Bœotiorum mos in nuptiis.

CITO CONFECTUM. CAP. XXXIV.

Atque hæc de spina, Tenetiores vero coliculi significatum habent rei quam occisimè paratæ, sicut in Avellipius Augusti dicitur, cui frequentissimum illud erat dicere, Citius quam asparagi coquantur, cum quid momento minimo properatum innuere volebat. Ita illud apud Dioscoridem antiquè traditum, in antiquissima translationis codice, Latina quidem phrasi, sed literis Longobardicis scripto, quem perlegi Florentiæ, quemq; Marcellus translationis suæ ducem habuit, brevi coctura elixum, legitur. Philemon Comicus, vicitantibus asparago, perinde ac thymo etiam ac cappari, extenuationem corporum videtur exprobare, ubi ruralis parsimonie potentem virum in lectam producit, que eum scilicet quod rus, ut medici, convenientia ægrotis tantum esculenta subministrat. Adit illud:

Sueton. in Augusto c. 87.

ἄσπαραγον ἢ τὴν δία
τὴν πτερυγίαν τὴν ἐν τῇ ἀκροῦ, καὶ τὴν
σπῆραν, ἀπὸ τῆς ἀσπαραγῆς, ἀπὸ τῆς τῶν γὰρ δὲ δὲ
μὴ δὲ τῆς ἀσπαραγῆς μὴ τῆς ἀσπαραγῆς.

quorum verisum hic est sensus:

Atque per Jovem
Innata petrus obsoniola, capparim,
Thymumq; & asparagum, & alia hujusmodi
Quam vercor, extenuatione prænimia,
Ne me cadaver exanimum humi deserant.

Quod vero Philemon τὴν πτερυγίαν dicit, vide apud Dioscoridem quoq; in petrosis nasci asparagum, nulla facta de sativo, quo nunc plurimum utitur, mentione.

Non qui- dem Dio- scorid. sed Galenus cum quæ petrum vocat. l. 6. simp. medi- cam.

DE CAPPARI. CAP. XXXV.

Sed quod ad Capparim attinet, ad hanc Philemonis sententiam facit Dioscoridis locus, qui eam nulli rei dixit esse utilem; nempe adeo tenuis esse nutrimentum ejus, ut nullam afferat utilitatem.

Yyy

DE